

AENEIDOS

CIX.

fratre labore: praesertim in causa salutis. Adiungit labores ut moueat comiseratione: & ostendit iniuste pati & deformat personam aduersaria: quae persequat innoxium. Nota tibi. Hoc ad laudem Cupidinis pertinet. Maximum enim crime esset eius: si fratris periculum nesciret. Doluisti. si pterea doluit: debet cauere ne rursus dolenda succedat. Dido tenet. Ostendit facilitatem petitionis. Nam si iam aeneae effecta est non est opus initio amoris in quo magna est difficultas: sed augumeto. Desiderat autem augumetu: quod timeat iuno: quae amor talis postea abrumpitur: ergo opus erat tali amore: quod non posset abrumpi a Iunone. Cardine. Hic fide facit: cum fores claudunt: & tribuit firmitatem: ergo dixit. Tanto cessabit. c. r. Erat enim in potestate absolueret amore: quem voluntate susceperat. Sed diuinitus impactus non posset humano arbitrio sumoueri. Asserit ergo necessarium remedium quo ois illa factio succubatur. Mecum tanto amore amet: quanto mater amet filium: cuius amor nullius violentia numinis valet abrumpi. Capere ante. Ostendit melius esse vetera populare: quam uis uenerunt remedia querere.

CHR. Facie & ora. expulit quam facie dicere. Nam facies dicitur de cuiusque rei forma: ut Quibus? aspa quodam uisa maris facies. os autem hominis est: ut Os homerorumque deo similes. Artes. Ars & prudentia in uita actiua versant: quae admodum intelligentia: scientia & sapientia in contemplatiua est igitur ars recta ratio rerum facienda: et artis remanet opus: ut Phydiae artis remanet statua Iouis. Prudentia uero est actio quae admodum uidemus in administratore rei aut publicae aut privatae. Tamen ars aliquando capit per scientiam quae est rerum ueritas. Ita pro astutia quadam: & transit ad prudentiam siue in uirtute sit: ut in hoc loco: siue in uicio: ut in

Ars extrinsecus  
Ars intrinsecus

structus es arte pelagica. ergo nouas artes inaudita & miranda astutia in consulando. Ars autem quae est per disciplinam Varro duplex est. extrinsecus & intrinsecus. Ars extrinsecus scientiam sola demonstrat: ut cum scio quid sit eloquentia: & quid sit finis & officium eius: & quid oratio: & in quod partes diuidat: quibus? cognitis: non tamen scio loqui ex arte. Intrinsecus est cum arte ipsam consequor: ita ut ex arte loqui scientia: ut cum doceor quomodo exordium faciam: quomodo narrationem: diuisionem: ac confirmationem: et reliqua. Intrinsecus igitur ita dat scientiam: ut quibus rationibus id quod scientiam dat assequi possim. Augu. autem in quarto de ciuitate dei inquit. Ars bene recteque uiuendi uirtus a ueteribus definita est. Unde ab eo quod graece dicitur *επιστήμη* nomen artis latinis tradidisse putauerunt. Noua. c. exponit quid sit nouas artes. Consilium autem est ut placet Aristoteli eorum quae ad finem sunt inquisitio: cuius tria sunt officia. Primum si quae sunt quae ad finem ducunt uix perquire. Secundum si sint quot sint. Tercium si uia plures uel sint: quoniam modo illis uti ualeam? Dulci sibi quae nepos. Olibus. in ipsis medullis quae intra ossa sunt. Ignem. amor. Domum. Didone & omnes domesticos: quoque consilio ipsa mutari poterat. Amorem. i. cupidinem. Cicero in libro de natura deorum tres ponit Cupidines: horum primum Mercurio Dianaeque prima natus tulit. Alterum Mercurio & Venere secunda. Tercium qui anteros nominat ex Venere: & perfecto triplex est amor. Diuinarum rerum & naturalium ac postremo lasciuia. Primum concipit Diana quae dea casta puraque est ex Mercurio. Nam cum mens nostra omni labe pura ad deum conuertitur ex Mercurio. i. ex sapientia atque doctrina amor diuinarum rerum concipit. secundus autem ex eodem Mercurio sed ex Venere oritur: quia amor rerum naturalium doctrina earum est: sed ex Venere quia ea doctrina non in corporeis ut in diuinis: sed corporeis admiscetur. Tercius autem ex secunda Venere: quia lasciuia tota corporea est: & nihil egregium suspicit. Vnde recte Petrarca noster illum ex ocio lasciuiaeque natus asserit. Hic optime a Propertio describitur in ea elegia cuius est initium. Quicumque ille fuit pueri qui pinxit amorem. Nonne putas miras hinc habuisse manus. Hesiodus autem in theogonia ait: Chaos ante omnia fuit. Terra post chaos pauimentum deorum. Ita tartara. Ita dicunt primum cupidinem secundi mercuri & primae dianae filium fuisse. Secundum ut placet Symonidi: ex sola Venere. Tercium ex Venere & Marte. Alii dicunt Venere fuisse: uiam ex cupidinibus reliquis antiquiore. Refert autem Ausonius Cupidinem quadoque in myrto berebi deuolasse. Atque ibi ab beroidibus: quae propter illum multos labores: ac demum mortem passae fuerunt captum fuisse: & in alta myrto cruci affixum. Ipse tamen mox interuentu Venere quae illi catenas a Vulcano fabricatas minitabatur non solum liberauerunt: uerum etiam a Venere ut illi ueniam daret impetrarunt

Ars extrinsecus  
Ars intrinsecus  
Fratres

Nate. Oratio in genere deliberatiuo uersatur. Quam autem artificiosam conscripta sit Donatus demonstrat. Captat enim beniuolentiam: attentionem: & docilitatem & ostendit quod petit facile utile. honestum & necessarium. Summi. ad omnipotentiam refert: Sic Cicero pro domo sua. Quo circa capitolinae Iupiter quem populus romanus propter beneficia optimi: propter vim maximum nominauit. Typhoea. E pro ei diphobogon posuit. Sed alibi longam posuit. Scirpis ab ille fastus iuuenemque superbum hic breuem. Ait priscianus. Typhoea. id est quasi dicat maxima: quia maioribus in corpus gyganteum usum fuisse Iouem credimus uel Typhoea. id est aeternitas: quia ibi sit Typhoeus: & in illius antris fulmia fabricat Vulcanus. Fuit autem Typhoeus Titanis & terrae filius: Et in bello titanum a Ioue filimine perussus sub aetna ut placet Ouidio: ut nero Maronis sub inarime relegatus est. Fuit & alius Typhon: uir omnium crudelissimus: & qui fratrem Osyrim de humano genere optime meritum interemit: eiusque corpus in viginti & sex partes discepit: singulisque coniuratis singulas dedit. Mox ab Iside ut Osyrim maritum uiscerem interemptus est. Frater dicitur quasi fere alter. Hospitia. Hospitalitas amicitia est: quae contrahit inter eos qui non sunt eiusdem patriae: Sed alter cum in alterius patriam uenit illius domo ut sua uirtutem: diciturque illud hospitium: & illi hospitium. Quae autem non beniuolentia: sed pecunia nos recipiat: non hospitium dicitur: sed diuersoria & cauponiae Flama. amore: quod uinculum omnium tenacissimum indissolubile est.

Qua facere id possis: nostram nunc accipe mentem.  
Regius accitu cbari genitoris ad urbem

SER. Qua facere. i. Quo modo. Accipe. Audi: ut eotra. Da. i. dicitur ut Daityre nobis da non idebita posco. Mentem. Dispositionem: consilium. Accitu. Euocatorem: & e qua